



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Collegiis Canonicorvm Per Germaniam, Belgivm,
Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani
Prouincias, Liber Singvlaris**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1615

Capvt CXVIII. Oriolanvm Collegivm Cathedrale in Hispania.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11227

noniæ opidum) anno millesimo quadringentesimo nono, translatum est, cum octo sanctorum corporibus: videlicet *Vrs mari*, *Erminii*, *Abelis*, *Vulgisi Amolunij*, & aliorū quæ capsulis argenteis inclusa, hodieque Binchij in collegiata Basilica adseruantur.

Est autem Lobium illustris ac vetus Abbatia monachorum Sancti Benedicti, cuius loci monachus unus perpetuò obtinere solet Canonicatum Binchiensem, & tanquam Canonicus Binchij residere.

CAPUT CXVII.

MATICOVENSE COLLEGIVM VEL
Monasterium in Boaria Noricorum.

Iohnes Kuchler, cum uxore *Catharina* Matichouiae(vbi quondam Regum Boiarie prætorium fuisse vetusta indicant diploma) collegium mystis Augustinianis instituit, circa annum 1413. teste Auentino in Annalibus.

CAPUT CXVIII.

ORIOLANVM COLLEGIVM CATHEDRALE in Hispania.

Oriolum, vulgo *Orisuela*, urbs est Episcopalis in prouincia & regno Valétino. Oriolanam Ecclesiam collegio Canonicoru an. 1413. ornauit *Benedictus XIII.* qui se Pontifice gessit. Eamde dignitate Episcopali an. 1513. deco-

decorauit *Iulius II.* Papa, sed obſiſtentibus
Murcia & Carthagine ciuitatibus illuſtribus,
reſ ea diſſiſtatem habuit, donec tandem Phili-
ppo II. Regi Catholico viſum fuit, ad maius
Ecclesię bonū nominare *Gregorium Gallum*, do-
ctorem Theologum Salmanticensem, ut eſſet
primus Episcopus Oriolanus: teſte Gari-
bayo.

CAP V T C X I X .

S. VVERENFRIDI COLLEGIVM
Elſtense in Geldria.

SAnctus VVerenfridus presbyter, cum B.
VVillibrordo venit Ultraiectum, & verbū
Dei potiſſimum apud Medenblicum & Du-
roſtadium prædicauit. Postmodum verò di-
ctus Beatus VVillibrordus Archiepiscopus
Ultraiectensis in medio insulæ Batuæ, quæ
Rheni fluminis alueo circumcingitur locum
Elſte ipſi commendauit. Sed & Ecclesiam in
villa *VVester-voert* gubernandam commisit.
Cumque populum his duobus in locis ad fidē
conuertifſet, infinitis clarificatus miraculis, tā
in vita, quām in morte apud prænomi-
natum virum *VVester-voert* in pace quieuit. sed mira-
culosè in *Elſte* eſt tumulatus, vbi pro morbi
articulatis remedijs frequentatur, in ſui no-
minis collegiata Ecclesia. *VVester-voert* eſt ex
opposito Arnhemi extra Batuam. *Elſte* autem
eſt in Batua, media ferè via inter primarias
Geldriæ